

1986-07-12 – SS Ioannes Paulus II – Littera ‘Quoniam Inter’

IOANNES PAULUS PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

QUONIAM INTER

**IN REPUBLICA GUINEANA BISSAVIENSI
APOSTOLICA NUNTIATURA CONSTITUITUR**

Ad perpetuam rei memoriam. – Quoniam inter hanc Apostolicam Sedem et Rempublicam Guineanam Bissaviensem publicae amicitiae ac necessitudinis rationes feliciter sunt initiae, Nobis peropportunum est visum in eadem Natione Apostolicam Nuntiaturam constituere. Summa igitur Nostra potestate, harum Litterarum virtute, apud Civitatem Guineanam Bissaviensem Nuntiaturam Apostolicam constituimus eidemque omnia et singula officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, deferimus certa spe freti hoc Nostrum consilium tum Christifidelium in ea degentium bono tum utriusque partis utilitati esse profuturum. Haec dicimus, statuimus decernentes ut praesentes Litterae, in modum Brevis Maioris expeditae, nunc et in posterum firmae, validae atque efficaces permaneant ac suos plenos et integros effectus obtineant. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XII mensis Iulii, anno MCMLXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*